N. 421.

CURRENDA I.

A. D. 1868.

N. praes. 7.

Allocutio Sanctissimi Papae Pii IX. habita in Consistorio secreto die 20. Dec. 1867. intuitu beneficiorum de coelis Sibi et patrimonio S. Petri collatorum.

Sanctissimus Papa, depulsa inopinate hostili territorii Sui imo ipsius Urbis residentialis invasione, nil magis cordi habuisse depraedicatur, quam convocare in gremium EE. Cardinales, atque in eorum consessu laetabundus enarrare mirabilia Dei, patrata novissimis his diebus, quae litteris consignata ab Eminent Nuntiatura Apostolica Viennensi recte ad Nos pertigerant.

Enumeratis his prodigiis, ex intimis cordis exultantis coram splendido coetu gratias uberrimas depromit Deo omnipotenti, similiter omnes, qui variis e regionibus ferebant aut ferunt suppetias, laude gratiarumque actione prosequitur, divinaeque commendat benedictioni.

Non minus et nos omnes, qui tanta e praelaudata Allocutione percipimus, ad ulteriorem Secum fiduciam in brachio Miserantis collocandam excitat et ad preces pro incolumitate Sui Principatus ac Ecclesiae simulque pro conversione obcoecatorum fervide indesinenterque fundendas, invitat. Intercessionem quoque Beatae, immaculate conceptae Virginis, BB. AA. Petri et Pauli omniumque Coelitum implorandam cupit.

Tenor ipsius Allocutionis omnia, quae attigimus, cum unctione et affectu depingit uberius.. estque sequens:

„Venerabiles Fratres!

Dives in misericordia Deus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra moestis rebus jucunda permiscet, Venerabiles Fratres, ut in eo semper sperantes, nullisque deterriti difficultatibus pergamus alacriori usque animo justitiae iter insistere, et Ecclesiae suae sanctae causam impavide propugnare, omnesque vires ad Apostolici ministerii Nostri partes explendas intendere. Omnes profecto vident, quanta divinae suae bonitatis argumenta praebere dignetur clementissimus Dominus inter gravissimas calamitates, quibus in hac tanta temporum iniquitate ubique affligtatur Ecclesia, et haec Apostolica Sedes premitur, atque inter maxima, quibus undique cingimur, pericula. Et sane dum Satanas ejusque satellites, et filii horrendis quibusque modis contra divinam nostram religionem, contra Nos, et hanc Petri Cathedram furere, et saevire, ac infelicissimae Italiae populos, ex parte longe maxima Nobis devotissimos, divexare non cessant, misericors, ac miserator Dominus miris ostentis adest Ecclesiae suae, adest Nobis, et

omnipotenti sua auxiliatur virtute. Enimvero, Venerabiles Fratres, omnes catholici orbis Sacrorum Antistites arctissimo fidei, caritatisque vinculo Nobis, et huic Sanctae Sedi in dies obstricti unanimes, et id ipsum sentientes qua voce, qua scriptis rei catholicae causam defendere, et Nos, et hanc Apostolicam Sedem omni ope juvare non desinunt. Atque etiam laici viri in magnis, publicisque per Europam congressibus suam attolunt vocem ad catholicae Ecclesiae, et hujus Sanctae Sedis jura tutanda, et ad civilem Nostrum, ejusdemque Sedis Principatum vindicandum. Quae ejusdem civilis Principatus causa in Parisiensi praesertim Senatu, et in Collegio legibus ferendis nuper fuit unanimis prope suffragiis ac sententiis splendide et magnifice propugnata, bonis omnibus plaudentibus et exultantibus. Catholici autem populi abominandam inimicorum nostrorum perfidiam, vehementer detestantes publicis, ac splendidis significationibus filialem suam erga Nos, et hanc Sanctam Sedem pietatem et venerationem declarare, et continuis largitionibus Nostras, ejusdemque Sedis angustias sublevare gaudent, atque utriusque sexus fideles, licet pauperes, suo aere Nobis opitulantur. Ac praesto sunt inter Ecclesiasticos, Laicosque Viros tum clarissimi Scriptores, qui suis operibus, tum disertissimi oratores, qui suis sermonibus in publicis quoque conventibus veneranda, et inconcussa justitiae, veritatis, et hujus Apostolicae Sedis jura diligenter, sapienterque defendere, et adversariorum mendacia refellere summopere gloriantur. Quamplurimi autem viri nobilissimo etiam genere nati ex omnibus fere regionibus religionis causa excitati, propriis familiis, ac etiam uxoribus, filiisque relictis, ad hanc urbem certatim concurrunt, et omnibus despectis incommodis ac periculis, Nostrae militiae nomen dare, et pro Ecclesia, pro Nobis, ac pro civilis Nostri, et hujus Sanctae Sedis Principatus defensione vitam ipsam profundere non dubitant. Nec desunt catholici parentes, qui religionis spiritu incensi filios suos etiam unigenitos ad hujus Sanctae Sedis causam tuendam mittunt, et illustre Machabaeorum matris aemulantes exemplum, illos pro hac causa sanguinem fudisse gloriantur et gaudent.

Accedit etiam, ut populi civili Nostrae ditioni subjecti, quamvis nefariis omnis generis insidiis, minis, damnisque a perditissimis hominibus exagitati, tamen stabiles et immoti in sua erga Nos, et hanc Sanctam Sedem fide permaneant. Quos inter profecto eminet Romanus Populus Nobis penitus dilectus, summisque laudibus decorandus, cum fere omnes cujusque ordinis, gradus et conditionis hujus Almae Urbis cives singulari Nos affectu et obsequio prosequi ac civili Nostro et Sanctae hujus Sedis Imperio obtemperare, Nobisque succurrere summopere gestiant. Nostis autem, Venerabiles Fratres, qua fidelitate Nostri milites omni certe laude dignissimi excellant, et qua admirabili virtute ipsi contra scelestissimorum hominum turmas depugnarunt, et quanta cum gloria in acie mortem pro Ecclesia occubuere. Ac probe scitis, Serenissimum ac Potentissimum nobilis et generosae Gallicae Nationis Imperatorem gravissima Nostra considerantem pericula, strenuos suos misisse milites, qui cum praestantissimis eorum Ducibus omni alacritate et studio in Nomentano praesertim, et Eretino certamine Nostris militibus auxilium dare, et cum ipsis fortiter dimicare, et pro hac Sancta Sede cum summa sui nominis laude

mortem oppetere laetati sunt. Neque ignoratis quomodo in sacrarum praesertim expeditionum regionibus, Deo auxiliante, divina evangelii lux quotidie magis effulgeat, ac sanctissima nostra religio majora incrementa suscipiat, et sedentes in tenebris et umbra mortis depulsa mentis caligine, ad sanctae matris Ecclesiae sinum confugiant, et quo modo ubique varia pia instituta quibusque christianae, civilisque societatis classibus et necessitatibus vel maxime utilia in dies augeantur.

Quae quidem omnia a Nobis breviter commemorata, ac multiplices impiorum hominum insidiae miro modo detectae ac dissipatae luculenter ostendunt, quomodo omnipotens, et misericors Dominus, in cujus manu sunt hominum corda, Ecclesiam suam mirifice tueatur, defendat, et evidentissime confirmet, inferi portas nunquam adversus eam esse praevalituras, Ipsumque Nobiscum esse omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Itaque, Venerabiles Fratres, maximas, ac immortales clementissimo misericordiarum Patri pro tot acceptis beneficiis semper agamus gratias, omnemque spem, et fiduciam in Eo unice collocantes non desistamus ferventissimis precibus Ipsum exorare, ut per merita Unigeniti Filii sui Domini Nostri Jesu Christi pergat Ecclesiam suam ab omnibus eripere calamitatibus, ac Nos liberare a Nostris, Suisque inimicis, eorumque impia consilia et desideria confundere, et dissipare. Atque etiam Eum deprecemur, ut eosdem inimicos atque etiam illos, qui contra Nos pugnantes in Nostrorum militum potestatem redacti, omnique caritate a Nobis tractati in sua pertinacia persistunt, ad salutarem poenitentiam, ac rectum justitiae tramitem reducere dignetur. Quo vero facilius annuat Deus precibus nostris, deprecatores apud Eum indesinenter adhibeamus primum quidem Immaculatam Deiparam Virginem Mariam, quae omnium nostrum est amantissima mater, ac potentissimum christianorum auxilium, quaeque *quod quaerit invenit, et frustrari non potest*; deinde vero Beatissimum Petrum Apostolorum Principem, et Coapostolum ejus Paulum, omnesque Sanctos Caelites, qui cum Christo regnant in caelo. Antequam vero dicendi finem faciamus Nobis temperare non possumus, quin meritas, amplissimasque laudes tribuamus, et gratissimi animi Nostri sensus iis omnibus, et singulis profiteamur, qui Nostram, hujus Sanctae Sedis, Ecclesiaeque causam tum voce, tum scriptis, tum subsidiis, tum alia quavis opera, ac vel ipsius vitae discrimine tanta cum sui nominis gloria propugnare contendunt. Atque haud omittimus in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione Deum, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum descendit, humiliter enixeque precari, ut istos omnes Ecclesiae suae filios Nobis carissimos ac strenuissimos ejusdem Ecclesiae defensores uberrimis quibusque divinae suae gratiae donis, omnibusque caelestibus suis benedictionibus cumulare velit."

Lustrato tenore hocce celeberrimo gaudium quoque et gratitudinem coram Altissimo miserante Patre in coelis ac simul coram populo effundamus, simulque conformiter invitationi Pontificiae persistamus una cum populo fideli in oratione cum gratiarum actione, ut Dominus, qui diem laetitiae facere dignatus est, immitat fulmen gratiae Suae in Saulos, qui eodem tacti et Pauli facti regnum Jesu Christi in terris dilatare imo defendere incipiant.

Tarnoviae 16. Jan. 1868.

N. N. 3462 — 3512 — 3514 — 3527 — 3683 — 3685 — 3686 — 3693 3694 — 3777 — 3806 — 3865 — 3974 — 4005 — 4037 — 4200 — 4243 4342 — 4438 — 4439 — 4440 — 4497 — 4519.

IV. Series Collectionum piarum ex a. 1867. sub Quartali IV.

Continuatio ad Curr. VI. — XIII. — XVII. ex a. 1867.

N. 3462 e Decanatu *Wielicensi* pro Missionibus a P. T. Parocho in *Niepołomice* 2 fl. 50 xr. pro Catholicis in *Turcia* per 1 fl. a P. T. Parochis in *Gdów* et *Wieliczka*, pro deflagratis in Brody 4 fl. e Parochia *Niepołomice*, pro inundatis in Galicia, e Parochia *Biskupice* 18 fl. e Parochia *Gdów* 24 fl. 90 xr., pro monumento *Hoferiano* per 1 fl. a P. T. Parochis in *Gdow* et *Wieliczka*. — N. 3512 pro inundatis in Galicia 4 fl. 20 xr. e Poremba *Spytkonis*, ex *Okocim* 1 fl. 50 xr. — N. 3514 pro monumento *Hoferiano* 1 fl. 50 xr. e Decanatu *Bobovensi* — N. 3527 pro inundatis 28 fl. e *Tłuczan*, 7 fl. 50 xr. e *Woźniki* — N. 3683 pro Missionibus in Oriente 40 xr. ex *Ochotnica*, per 50 xr. e *Czarnypotok*, *Łukowica* et *Podegrodzie* — N. 3685 pro monumento Hoferiano per 50 xr. e *Czarnypotok* et *Ochotnica* 1 fl. e Podegrodzie — N. 3686 pro inundatis 44 fl. e Wieliczka — N. 3693 pro inundatis 7 fl. 65 xr. ex *Uście solne* — N. 3694 pro Missionibus in Oriente 5 fl. 65 xr. e Decanatu *Woynicensi* — 3777 pro monumento *Hoferiano* 4 fl. e Decanatu *Dobczycensi* — N. 3806 pro inundatis 10 fl. e *Łękawica* — N. 3865. pro inundatis 3 fl 50 xr. e *Podstolice* 5 fl. e *Wróblowice* — N. 3974 pro inundatis 4 fl. 70 xr. et quidem a R. Cooperatore in *Zebrzydowice* 1 fl. a P. T. Parocho 1 fl. 7 xr. a Parochianis 2 fl. 63 xr. — N. 4005 pro inundatis 10 fl. e *Klecza* — N. 4037 pro inundatis 36 xr — N. 4200 pro inundatis 5 fl. a P. T. Parocho in *Bodzanów* — N. 4243 pro inundatis 20 fl. e *Lisiagóra* — N. 4342 pro ecclesia votivali Viennae e *Tylmanow* 2 fl. — N. 4438 pro *Aerario Pontificio* argentea moneta Borussica (Thalerus) a quopiam parochiano Brestensi e captivitate Moscovitica reverso e singulari veneratione erga Suam Sanctitatem — N 4439 pro Missionibus in Oriente 3 fl. e Decanatu Brestensi — N. 4440 pro ecclesia votivali Viennae a P. T. Decano Brestensi 1 fl. — N. 4497 a P. T. Parocho in *Kamienica* 10 fl. pro ecclesia votivali Viennensi et 10 fl. pro inundatis — N. 4519 e Decanatu *Makoviensi* 49 fl. 70 xr. pro Missionibus et quidem a R. Cooperatore in *Sucha* 60 xr. e *Lachowice* 1 fl. a RR. Cooperatoribus in Osielec et *Zawoja* per 1 fl. 50 xr. ex *Krzeszów*, *Osielec*, *Sidzina*. *Spytkowice*, *Tarnawa*, *Zawoja*, *Zembrzyce* et a R. Cooperatore in *Rabka* per 2 fl. e *Raba wyźnia* 2 fl. 10 xr. e *Jordanów*, *Łętownia*, *Maków*, (pro Bonifacio) *Mucharz*, *Rabka*, *Sucha* per 3 fl. e *Maków* 9 fl.

N. 98.

Opusculum periodicum: „BONIFATIUS BLATT“ quaerit Praenumeratores, cujus 1. exemplar ad 9. Decanatus emittitur.

Notissimum utique est opusculum hocce tractans de fatis Missionum in Germania .

Quolibet mense 1 prodit Numerus.. praeter m. Octobri, comprehendens 1. philuram erga 25 x. in mon. arg. Qui regni Dei in terris sunt cultores, utique et 25 x. lubenter suppeditabunt in praenumerationem praesentem... ope Postae suae.

Exemplar hoc post lustrationem deponatur ad bibliothecam Decanalem.

Tarnoviae die 16. Jan. 1868.

L. 1457.

Wykaz

rzeczy do Kościołów parafialnych Dekanatu Wielickiego częścią przez JX. Proboszczów, częścią przez ich pobożnych Parafian sprawionych, dotychczas niewykazanych; oraz różnych przy tychże Kościołach i budynkach plebańskich podjętych reparacyi, sporządzony w czasie wizyty dekanalnéj z roku 1867.

Dalszy ciąg do Kur. XXI. 1867 r.

VII. Bodzanów. Około kościoła i budynków plebańskich w Bodzanowie uskuteczniono: Obicie dzwonnicy i pół podsiebitki w kościele, przestawiono dwa pochylone ołtarze i dano pod nie nową posadzkę kamienną, odnowiono dwa stare obrazy, ponaprawiano ławki, sprawiono 6 nowych świeczników cynkowych na wielki ołtarz, jeden świecznik drewniany pod Paschał, sprawiono nową haftowaną Albę i komżę płócienną, kilka korporałów, purifikaterzy, i cały smętarz otoczono murem, prócz tego wiele innych drobiazgów, jak n. p. ampułki, dzwonki, portatile i t. d. Postawiono nową organistówkę. Na plebanii dano nowe płoty i bramy, wyłożono ścieżkę do kościoła kamieniami, wybudowano nową piwnicę, przebudowano kuchnię, spiżarnię, sionkę i dwie izby, pogłębiono i pokryto studnię, i wiele innych drobniejszych rzeczy ponaprawiano, lub nowo sprawiono. Na to wszystko nakładali Parafijanie dobrowolnemi składkami, a przyczyniał się do tego także JKs. Aug. Nowicki Pleban miejscowy w znacznéj części.

VIII. Grabie. W Roku 1858 16 Lipca była wizyta kanoniczna w *Grabiu* utrudnioną ulewnym deszczem parę dni trwającym i wylewem Wisły — Z powodu téjże wizyty Pleban teraźniejszy JX. *Witko* miejscowy za porządki, czystość, przybycie aparatów różnych i rozmaitych sprzętów kościelnych od Jaśnie Wielmożnego Najprzewielebniejszego Pastérza w tymże samym Roku otrzymał *Dekret pochwalny.* — W Roku 1859 sprawili cieśle nową Chorągiew; na jednej stronie Ś. Józef uciekający do Egiptu z Panem Jezusem i Matką Boską, na drugiej obraz Matki Boskiej *w ołtarzu* odmalowany — przed tymże tedy Ołtarzem stoi kapłan odbierający śluby śś. z prawej strony mężczyzni a po lewej klęczą kobiety — i ślubują *wstrzemięźliwość* ś. Tą chorągiew bez wiedzy Plebana grono

majstrów cieśli z 40. złożone przyniosło i ofiarowało do kościoła mówiąc, na pamiątkę że od tego czasu, jakeśmy zaczęli ślubować, lepiej nam się powodzi, więc na podziękowanie Panu Bogu i Matce Boskiej daliśmy w Krakowie tę chorągiew, (kosztowała 100 złr. K. M.) zrobić. — Na rachunek składki dobrowolnej z ambony zaleconej JX. Pleban zapisał i sprowadził z Wiednia białe dalmatyki z kutasami na odpust potrzebne za 60 złr. A. W. a że składka ledwie doniesła 40 złr. więc JX. Pleban resztę dodał. — W Roku 1865 konkurencya zrobiła parkany koło kościoła, podmurowano dzwonnicę, dano nowe przyciesie dębowe i podpory, zreperowano stajnie, dano na plebanii w dwóch stancyach podłogi, wymurowano piwnicę nad powierzchnią ziemi, aby woda nie podchodziła, na to 700 złr. wydano. — Pleban zaś ścieszki do kościoła i do wszystkich budynków gospodarskich, aby nie wiązgnąć w błocie. tutaj gdzie wielki brak kamieni, z wielkim kosztem uskutecznił; dał dwa pokoje odmalować, na co przeszło 100 złr. wydał. — Co więcej tutaj zrobiono, o tem wie Pan Bóg najlepiej, bo porządki dla chwały Boskiej zwykle się robią, a nie zapisują się. —

IX. Kosocice. Od r. 1829 do Grud. 1866 za teraźniejszego jeszcze Plebana JX. Franciszka *Kunickiego.* — **Organy** zdezelowane o 10 głosach własnym kosztem za 85 złr. reperował w roku 1836 a potem nowym wystawionym w 1864 upiększył za 60 złr. a. w. wspomniony JX. Pleban. — **Kościół** cały staraniem Tegoż odmalowany, i wielki ołtarz odmalowany, i w części wyzłocony kosztem parafian, kongregacyi Ś. Józefa z *Gminy Piaski wielkie.* — **Ołtarz** poboczny N. Maryi P. na biało odlakierowany, i w części pozłocony, nakładem Wojciecha *Brożka* ze Zbydniowic, tudzież i sukienka na obrazie Matki Boskiej przez niego odnowiona w Roku 1849. **Ołtarz** Pana Jezusa Nazareńskiego odlakierowany i wyzłocony w Roku 1866 kosztem Wincentego i Honoraty *Wajdów* pobożnych małżonków z *Piasków.* — Antepedya nowe do tych 3. ołtarzy z wyzłacanemi ramami sprawiły także pobożne niewiasty z Piasków. — **Obraz** nowy Ś. Maryi Magdalenny pokutującej, jako patronki parafii do wielkiego ołtarza, sprawiła Wna Pani Maryanna *Ziembieńska.* — Inne obrazy w ołtarzach odnowione kosztem JX. Plebana. — **Posadzkę** zdezelowaną kamienną do połowy w kościele płytami kamiennemi, swym kosztem urządził JX. Pleban w 1848. **Ławki** w kościele zepsute poprawił. **Menzę** w Zakrystyi, na miejsce zbutwiałych szuflad, na aparaty z nowego materyału urządził. — 3. **Konfesyonały** nowe sprawił, tudzież za potłuczony **dzwonek** przy zakrystyi nowy z oprawą. **Dzwonki** małe do Mszy św. ze starych trzeh nowe dał przelać, a Pan *Trzeciecki* leśniczy do kościoła 2 z metalu ofiarował. **Lampaderz** z żelaznej blachy pobielany, od parafian sprawiony przed w. ołtarz. **Obrazów** starych na płótnie malowanych, różnych Ś. Pańskich, przez Parafian do Kościoła ofiarowanych pod chórem, i na ścianach umieszczonych miernej wartości jest 11 sztuk. **Kanony** w wyzłacanych ramkach oszklone do dwóch ołtarzy sprawili z Rajska i Kossocic Bracia różańcowi. — **Lichtarzy** mosiężnych proporcyonalnych 6. wartości 48

złr. a. w. na wielki ołtarz sprawili Piaszczanie. Lichtarzy 6. mosiężnych kutych piękną robotą, na Ołtarz P. Jezusa, wartości 120 złr. a. w. sprawili bracia Różańcowi z Kossocic i Soboniowic. — **Lichtarzy** drewnianych pokostem pociągniętych do katafalka 10 sprawił JX. Pleban — 1. Trybularz mosiężny lekki z łódką takąż sprawił Karol *Szczurowski*. — **Krzyż** mosiężny 3/4 łokcia pozłacany z wizerunkiem Pana Jezusa w końcach czterech ewangelistow — Wizerunki wyrabiane w około szkiełkami różnego koloru, ozdobiony, na dole z figurką mosiężną — massyw święt. Dominika, sprawił, dla kościoła JX. Pleban wartości 60 złr. m. k. — Na schowanie sréber kościelnych, **framugę** w zakrystyi, w murze wyrobił, i dębowemi drzwiczkami, okuciem i zamkiem opatrzył. — **Komodę** nową czerwono lakierowaną z trzema zamkami na bieliznę kościelną, ksiądz Pleban sprawił, i pod amboną umieścił. — **Tuwalnie** 2. jedna fioletowa jedwabna z woalu od JMC. Pani *Nemeskiej*, w końcach z frandzlami — druga lamowa na białym dnie, z wytłaczanemi szychowemi kwiatami, w końcach kwiaty jedwabne, w środku godło, *wiary. nadzieji i miłości.* — Trzecia tuwalnia jedwabna z tureckiej kitajki, w środku imię N. Maryi, grubo złotem hatfowane, sprawili parafianie z Piasków, z dodatkiem od JX. Plebana. — **Obrusów** na ołtarze białych perkalowych płóciennych, haftowanych z koronkami, sprawiły parafianki z dodatkiem od JX. Plebana, razem sztuk 36. Innych obrusków i reintuchów na ołtatze 18 sztuk. **Alb** pięknych nowych sprawił JX. Pleban 6 sztk, ręczników przybyło 6 sztk.—**Baldachim** manszestrowy z frandzlami szychowemi na 4. drążkach sprawił JX. Pleban. — **Chorągwi** na miejsce starych sprawiono 3 sztuki — Sztandarów 3. jeden zielony—jeden niebieski z adamaszku—jeden czerwony malarskim złotem upiększony sprawili parafianie. — **Ornatów** biały lamowy z kwiatami w różę i kolumnę niebieską z białemi kłosiami, galonkami białymi obszyty.—i 2. Dalmatyki z téj saméj materyi z rekwizytami sprawił JX. Pleban, jako i drugi lamowy z kwiatami jak złoto wyrabianemi, z rekwizytami.—Trzeci ornat lamowy podobny drugiemu z kolumną i wizerunkiem N. M. Boga-rodzicy z rekwizytami kupiła Zofija *Ruskawa*, z dołożeniem się JX. Plebana — Cztéry **ornaty** z dawnej materyi jedwabnéj, bez rekwizytów sprawił JX. Pleban. — **Ornat czerwony** z białemi krzyżykami jak srébro sprawiły niewiasty z Piasków z dodatkiem od JX. Plebana z rekwizytami. — **Ornat czerwony** aksamitowy, z białém galonkiem bez rekwizytów sprawił JX. Pleban jako i następujące 3: **Ornat czerwony** na różowym dnie w kwiaty, bez rekwizytów. — **Ornat fioletowy** z kolumną niebieską, z rekwizytami. — **Ornat czarny** manszestrowy z kolumną w pomarańczowe kwiaty z rekwizytami. — **Kapa czarna** manszestrowa z białym galonkiem sprawiona kosztem JX. Plebana. — **Kapa biała** lamowa z różyczkami, czerwonémi, galonkiem białym obszyta, z klamrą bakwanową, wartości 60 złr. w. a. sprawił P. Hipolit *Wydrychowicz* Dzierżawca z Kossocic. — **Firanki** czerwone na ołtarz, złotem, srébrem i jedwabiem grubo haftowane sprawiła Maryanna *Swiątkowa* wartości 100 złr. w. a. — **Firanki** lamowe srebrzysto białe sprawił Maciej *Gawór* młynarz ze Zbydniowiec.

Firanki na czerwonym dnie wybijane kwiaty, jak złoto, sprawił Gerwazy *Mieszaniec* z Kossocic, — **Firanki** merynusowe czerwone z białym galonkiem, sprawił Wincenty i Honorata *Wajdowie* z Piasków — Wiele innych drobnych rzeczy różnemi czasy przyrządzał, i przyrządza JX. Pleban. — Trzy **kapliczki** na cmentarzu przy kościele na stacye w czasie uroczystości Najśw. Bożego Ciała, wymurował swém kosztem JX. Pleban, z tych jednę pokostowo wewnątrz i z frontu odmalować, i dach cynkiem pokryć dali swym kosztem Wincenty i Jadwiga *Grzybczykowie* z Piasków, w której umieścili obraz olejny na płótnie Śgo. Józefa oblubieńca. — Zachęceniem JX. Plebana, parafianie pobożni, na miejscach zbutwiałych krzyżów, **kamienne figury** 4. z wizerunkiem P. Jezusa, Naśw. Maryi Różańcowej, i Św. Floryana wystawili — Zaś materyały, kamienne i cegły przysposobia JX. Pleban na kaplicę stawiać się mającą, na cmentarzu chowalnym, do czego Parafianie chętnie przyłożą swą pomoc. — W dodatku Parafianie w bractwie Różańca św. i bracia kongregacyi Józefa św. — zachętą JX. Plebana, zaopatrzyli się w światło kościelne woskowe, to jest w pochodnie, i ręczne światło, około dwóch tysięcy. — Co wszystko ku większej czci i chwale Bogu w Trójcy jedynego — niechaj służy. — *(Ciąg dalszy nastąpi.)*

N. 85. 157. 158. 347.

Piis ad aram suffragiis commendantur animae 4 Presbyterorum intra 15 dies demortuorum, utpote:

Anima Perillust. Thomae **Brunkala** Parochi in Mogilno, Decani Bobov. &c. emeriti, 68 aetatis anno et 38 Presbyteratus, relicta scripta substantiae dispositione, post debilitatem 6 ann. celebrata Missa et sumpto jentaculo, 30 Dec. 1867. apoplexia tacti, Viri colendissimi . . .

2. Anima Adm. R. Antonii **Jaworski**, Parochi in Osielec, Sacram. provisi, facta orali dispositione, 7 Jan. 1868. hora 4. pomerid. aetat. 49. et Sac. 17. erepti.

3. Dto A. R. Michaëlis **Kuss** Parochi in Zembrzyce, Vice-Decani Makov. Sacr. provisi, 8. Jan. a. c. hora 12. merid. relicto testamento, aetat. a. 6[illegible]. et Sac. 40. ad Patres evocati . . et

4. Dto R. Michaëlis **Muszyński** Coop. in Straszęcin, 14. Jan. a. c. apoplexia 9. hora antemerid. aetat. 39. et Sac. 10. ad judicium strictissimum inopinate vocati . . .

Pro 3. prioribus consodales societatis pro f. o. per l. missae sacrificium litare obstringuntur.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 25. Jan. 1868.

Josephus Alojsius,

Episcopus Tarnoviensis.

JOANNES FIGWER, Cancellarius.

Tarnoviæ. Impensis Consistorii, typis Anastasii Rusinowski, 1868.